



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An hucusque nihil nomine Christi petiuerint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Diuinitas non est mediatrix.

§. 2. Calvinianos ita Deum orare in confesso est, vt mediatores Christum non admittat. Negant esse posse mediatores secundum humanam naturam, hoc officium fingunt exercuisse secundum naturam diuinam. contra illud: *Vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.* Deum vero esse mediatores, sacerdotem, satisfactorem, interpellatores secundum naturam diuinam, tam repugnat æternæ maiestati, quam repugnat, non esse Deum. Deum enim & mediatores diuersos esse oportet, at personæ à Deo non differunt, si mediatoris officium exercet filii diuinitas, ipsa etiam sibi mediatrix est, sibi sacrificat, & cum opus illud sit commune, etiam Pater & Spiritus mediatores dicendi sunt. Deus quidem nos sibi reconciliauit, non sacrificando sibi, sed dando mediatores Christum Iesum, qui cum non sit minor patre, quoad diuinitatē, non potest se patri per preces & sacrificia submittere, eius excellentiam sibi adorandam, & in se dominatū protestari. Hæc ergo humanitatis sunt opera. Nos cum veteri Ecclesia hoc teneamus: Eum, qui Deo sacrificia, preces, satisfactionem offert, meretur, secundum illam naturam, qua ista præstat Deo minor esse. Ac proinde secundum illam naturam Deum non esse. Quod si quis Deum esse contendat, etiam secundum illam naturam, dum mediatoris dignitatem attollit, diuinitatem partitur, in maiorem, & minorem: ideoque Deos multiplicando, & Deum mediatores abnegauit. Id facit Beza q. & resp. p. 33. [Cum ait Christum et secundum Deitatem humanæ naturæ coniunctam intercedere pro nobis apud patrem, non tamen inde sequitur, quod apud seipsum intercedat.] Id omnino non sequitur. Nam ipse & Pater vnus sunt: nam intercedere non est personale, aut notionale, sed absolutum, & nos cum patrem oramus, etiam filium, & Spiritum S. adoramus, par ergo in filio Dei est ratio. Imo sicut intelligere, iuue, amare, opera sunt talia, quæ cunctis personis conueniant, ita etiam intercedere, orare, sacrificare. Si igitur filii diuinitas ista facit, non est negandum etiam Patris & Spiritus Sancti diuinitatem idem operari.

Diuinitas non orat.

VERSUS 24.

Vsq̄ue modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum.

QVÆSTIO I.

An hucusque nihil in nomine Christi petierint?

§. 1. **V**aria est admodum verborum interpretatio. Cyillus non petiisse quicquam, quod mediatores ignorent. Euthymius in nomine Christi multa petiisse, à Patre nihil rogasse in nomine Christi. Bucerus hæreticus, & alii nonnulli, spiritale nihil rogasse, non enim ea intellexisse, sed animales fuisse. Alii non petiisse quicquam à patre, contentos corporali Christi præsentia.

Apostoli Patrem orarunt.

Si illa quæ certa sunt, constituamus vt confessa, cætera facile intelligemus. Primo itaque certum est Apostolos Deum Patrem orasse, & spiritualia petuntur. Nam orationem Dominicam à Christo didicerunt, in qua, & Pater oratur, & spiritualia petuntur. Certum etiam deinde est. Christum orasse, & spiritualia petiisse. Adauge nobis fidem. Denique eos per mediatores orasse ex communi Iudeorum consuetudine, & fide etiã manifestum, per Messiam omnia impetrari credebant. Postquam vero Christum agnouerunt Messiam esse, non videntur expresse per eum orasse patrem, sed ad

eum ipsum orationem direxisse: quãuis implicite per eum orarent, seu in nomine eius. Itaque non ita accipio verba Christi quasi reprehendat Apostolos, quod in suo nomine nihil petierint; Sed quid in posterum futurum sit ostendit: nempe fore, vt fide vera qua credat Christum residere ad dextram patris per eum absenti ad dextram presentur, quod eo modo hæcenus non fecerant, vt expresse, in precatioib. Christum nominarent, & eum in oratione Dominica illa mentio est diserta mediatoris: at vero postea in omnibus orationib. visitata fuit clausula, vt mediator interponeretur. Apparet hoc in Epistolis Apostolorum, qui singulis pene verbis ingeminant in Christo Iesu, est etiam apud Clementem l. 8. c. 6. Vbi Diaconus loquitur fidelibus. Ipsi soli ingenito Deo per Christum Iesum vos commendate. Et Episcopus in Benedictione danda. Et aggrega eos Ecclesie tue Sanctæ, & participes sac. sanctorum mysteriorum, per Christum Iesum qui est spes nostra, quiq; pro nobis mortuus est, per quem tibi gloria, & adoratio in Spiritu in secula, amen. Et pro enengumenis. Vnigenite Deus magni Patris filii, in crepa Spiritus nequam, & libera opera manuum tuarum ab sum orationis Spiritus vexatione: quoniam tibi gloria honor adorationis: tunc, & per te tuo patri, & Spiritui Sancto, in sacula Amen. minata.

Atque ita cætera orationes terminantur, vt etiam in aliis liturgiis, qui modus orandi ante non fait, non enim Apostoli eo modo per nomen Iesum Christum orarunt. At postea cum in nomine Iesu omne genu flexeretur, in omnibus orationibus nomen Iesu additum est. Variè tamen vt, Per Christum Deum, & saluatorem nostrum, per quem tibi gloria & adoratio in S. Spiritu per sacula. Amen. Vel, regemus Deum per Christum eius, Vel omnes Deum attente per Christum inuocemus. Vel. Excitemus nos orantes intente, & mutuo nosmet commendemus Deo viue, per Christum eius. Vel. & dignos fac eos vita æterna, que est in Christo filio tuo vnigenito, Deo & Saluatore nostro per quem tibi gloria & honor, &c. Vel. Christo tuo digni efficiamur. Hæc atque similia visitata sunt in Liturgiis, atque aliis orationibus, de quibus Christus hic intelligendus, non quod finis tantum orationum Christi mentionem habeat, sed quod ex eo significetur modus orandi per Christum ante non usurpatus.

VERSUS 25.

Hæc in prouerbiis locutus sum vobis: Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.

QVÆSTIO I.

Cur in prouerbiis locutus sit?

§. 1. **E**ν παραβολαῖς, in paroemiis. Theophylactus *ἡ παραβολή ἐστὶ λόγος ἀποκρυφῶς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀποκρυφῶν ἐπινοηθῆναι δεδιωμένος.* Paroemia est qua oblique, & abscondite, & omnino parabolice rem ostendit.

Postea non loquetur in parabolis post resurrectionem, vt Chrysostomus *ἔτι καὶ ἔτι, ὅτε πᾶντες εἶπεν οὐκ ἔτι. λέγει ἡ πόλις τῆς ἀναστάσεως ἔτι, τότε πᾶντοια παρὰ τῶν πατέρων ἀναγγελοῦ ὑμῖν, καὶ ἡ πόλις πᾶντος ἐπινοηθῆναι ἡμέρας σου καὶ καὶ διελέχθη αὐτοῖς. ἀναγγελοῦ ὑμῖν, καὶ λέγων τὰ πρὸς τῆς βασιλείας τῆς οὐρανῶν.* Erat tempus cum omnes scietis clarè, dicit vero tempus resurrectionis. Tunc liberrime de patre annuntiabo vobis, nam dies quadraginta erat cum illis, & colloquebatur, & conuersans agebas de regno Dei.

Alii tamen de vita æterna interpretari malunt, Conciliari ista possunt, vt claritas post resurrectionem incipiat, & ad vitam æternam vsque perueniat, & augetur. de hac tamen vita loqui Dominum constat. Cum dicat: *In illo die petetis.*

§. 2. Omnes

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelium
CVI
18